

Lib. II. Tit. I.

De Servitutibus.

§. 1. *Servitus* (κατ' ἐξοχήν sic dicta) scil. realis s. prædialis, est, qua alienum prædium vicinum nostro prædio perpetuam præbere tenetur utilitatem. Ejus notetur 1. *Subjeetum*. 2. *Species*. 3. *Proprietas*.

§. 2. (1) *Subjeetum* inhætionis & quidem

1. *Relativum*, est *Prædium Dominans*, cui inhærens jus in genere morum est *qualitas potestativa* Germ. eine *Be- rechtigung*.

2. *Correlativum*, est *Prædium serviens*, cui inhærens obliga- tio s. passio in genere morum est *qualitas passiva*, germa- nis eine *Dienstbarkeit*.

§. 3. (2) *Species* servitutum realium duæ sunt, *servitutes* nempe

1. *Rusticorum prædiorum* h. e. eorum, quæ rusticum habent usum

1. ad agros colendos, } etiamsi hæc
2. fructus recondendos, } in urbe fue-
3. pecora habenda *Viehucht.* } rint.

2. *Urbanorum prædiorum* h. e. eorum, quorum usus est ur- banus, ut ædificia

1. ad habitandum, } etiamsi hæc
2. commercia exercenda, } ruri exi-
3. ad pensionem recipiendam, } stant.

§. 4. (3) *Proprietas* generalis servitutum est, quod extrinsecas tan- tum à prædiis sortiantur denominationes, ita ut *eadem* ejusdem essentia *servitus*

urbana sit, si prædio debetur urbano,

rustica vero fiat, si prædio rustico deberi incipit, quod ex urbano illo prædio (converso tantum usu) con- stitutum est.